A contrario Actor processum suum bene et legitime observatisque gradibus iuris obtentum esse docuit et authentice comprobavit: siquidem cittones omnes contra cittum extraditae, eiusque citto ad notitiam deuenerunt, prout id ex relationibus Ministerialis videre licet. Reservatis de iure reservandis.

Et Iudicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense, controuersiys partium, actore per se personaliter, citto vero per Nobilem Joannem Gałaszewsky plenipotentem suum, coram se factis bene diligenterque exauditis et intellectis, adinuento bene obtento processu, decreuit citto ulterius procedere.

Quam sententiam et Decretum praesens pars citta pro iure non suscepit, nec in eo acquiescere voluit, verum ab eo et cum corpore Magnificum Joannem Firley à Dambrowicza Capitaneum Lublinensem ad Iudicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensem proxime celebranda, per Ministerialem Generalem Regni Praeyi: dum Albertum Jaroszowsky mouit; Terminum ipsi sententiae expurgandae sibi vero et parti motionis et causae suae prosequendae inter causas Pallatus Lublinensis assignando.

Quam motionem Iudicium praesens Castrense Lublinense, praefatae parti cittae admisit: Terminum partibus modo praemisso inter causas Pallatus Lublinensis conseruando.

Inter Międzisky et Szumowsky Appellatio.

Lectum.

Proposuit Iudicialiter coram Iudicio praesenti Generosus Hieronymus Międzisky Actor, una cum Instigatore Officiy praesentis, contra Generosum Joannem Szumowsky cittum in haec verba.

Joannes Firley de Dambrowicza Lublinensis etc Capitaneus. Tibi Generoso Joanni Szumowsky in Jastkow haeredi, de his ac alys bonis tuis omnibus vigore Regio et authoritate nostra Capitaneali mandamus, quatenus coram nobis siue Iudicio nostro in Terminis Iudicialibus in Castro Lublinensi feria secunda post Dominicam Quadragesimalem Ramis Palmarum proxime celebrandis, aut quando eiusmodi termini Iudiciales ibique a positione cittationis praesentis proximius celebrabuntur; personaliter compareas: Ad instantiam Instigatoris Officiy nostri, tum et Generosi Hieronymi Międzisky dellatoris, Actorumque et viuentium necnon partis. Cui te citat pro eo. Quia tu ad requisitionem offiosam et iuridicam Vicesgerentis Officiy nostri Ministerialisque certi et Nobilium reumationem et eiectionem tui de bonis tuis omnibus suprascriptis, seu in eam fortem introm in lucris perlucris poenis ac vadiis tricatis super te et bonis tuis omnibus per Generosum Hieronymum Międzisky in causa tibi, ad Officium nostrum Capitaneale Castrense Lublinense pro poena Certum Marcarum pecuniae communis per te succubita. Ideo Quia tu in contrarium

constitutionem

Consiliorum Regni Honestu Jacobo famulum et alumnum actoris propriu sine lris testi: monialibus suscepisti, et eunq circa te detines, ad hoc usq tempus, nec eunq actori re: stituere vis, instituta, in Judicio Tribli Regni ac demu Offio nro Castren Lubli: nen, prout pcessus pmissa latius enarrat, perductis et obtentis actoribq per subais: sas psonas denegasti et impugnasti; Quo facto in poena bannitionis et de Regno Poloniae dominysq eidem annexis pscriptionis incurristi: quam sur te decerni, et can: dem per Mlem certum ab Judio nro additum in locis de iure et consuetudine soli: tis publicari sis astutus vel si de iure competierit responsurus. Datum in Castro Lublinen die Dominico Cantate. Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Vndecimo.

Et post proponem statuto Mniali, qui citonem prnten posuit, petyt eundem ad respondendum compelli. Saluis beneficys iuris reseruatis.

Citatus vero per plentem suum dixit teneri delatorem pnlr comparere, siquidem Instigator sine delatore caam promouere in punctu bannitionis non potest; Caeteris iuris remedys pleno in robore sibi reseruatis.

Tandem plenipotens actoris allegauit dellatorem non teneri comparere ad pro: mouen caam, cum plenipotens oia quae et suus principalis in caru absoluere et obire potest, et exinde petyt eunq ad responden compelli. Saluis iuris bene: ficys reseruatis.

Et Judicium prnis Caple Castren Lublinen controuersys partium, actor per Nobilem Christopherum Jsiczky, citte vo per Nobilem Stanislaum Rybeszowsky pleni: poten suos coram se factis bene diligenterq exaudits et intellectis, ad inuenit te: neri Actorem personalr comparere in punctu praesen bannitionis.

Quam Sententiam et Decretum prnis pars actorea pro iure non suscepit, nec in eo acquiescere voluit, verum ab eo et cum eodem Magnificum Joannem Firley a Dambrowicza Capneum Lublinen ad Judicia Or: dinaria Gnalia Tribunalis Regni Lublinen proxime celebran per Mnialem Gnalem Regni Prouidum Albertum Jaroslowsky mouit seu appellauit: Terminum ipsi sententiae expurgan sibi vero et Par: ti motionis et causae suae prosequen inter causas Pallatus Lublinen pfigen.

Quam motionem pfatus Magnificus Dominus Capneus Lublinen praedictae parti actoreae admisit: Terminum partibus modo pmisso inter causas Pallatus Lublinen conseruando.

.//. .//.